

*Nikolaus V. an ⟨NvK⟩.*<sup>1)</sup> Die Gesandten Eb. Dietrichs von Mainz hätten ihm erklärt, dass Adolf von Nassau, ein Verwandter Dietrichs, von ihm, ⟨NvK⟩, der Besitz der Propstei von S. Maria in Erfurt streitig gemacht werde, auf die er ein Anrecht zu haben meine. Er, der Papst, bitte ihn daher zu überlegen, ob er dem Eb. zuliebe nicht auf die Propstei verzichten könne.<sup>2)</sup>

*Kopie (gleichzeitig):* KOBLENZ, LHA, 1 C 16205 f. 120<sup>r</sup>. Überschrift: Littera pape.

*Druck:* Koch, Umwelt 99 Anm. 2.

*Erw.:* Nr. 1139.

Dilecte fili. Salutem etc. Oratores venerabilis fratris nostri Theoderici archiepiscopi Maguntinensi exposuerunt nobis, quod dilectus filius Adolffus, comes de Nassaw, prepositus ecclesie sancte Marie Erfordiensis Maguntinensis diocesis, dicti archiepiscopi consanguineus, dubitat, ne per te molestetur in dicta prepositura, ad quam dicit te pretendere ius habere. Itaque ex eius parte nobis supplicarunt, ut tibi super hoc scribere dignaremur. Nos igitur, cum cupiamus complacere precibus archiepiscopi, rogamus 5 tuam circumspectionem, ut consideres, si quo modo posses satisfacere voluntati archiepiscopi, cuius erga Romanam ecclesiam et sedem apostolicam merita tibi satis nota consta(n)t. Hec nos impellunt, ut te exhortemur, ut utaris liberalitate erga consanguineum suum eique dimittere velis preposituram. Erit certe gratissimum nobis, quicquid gratie et beneficie feceris preposito prefato, tum respectu archiepi- 10 scopi, quem scis a nobis diligi, tum ex nostri intuitu. Loquemur lacius cum tua providencia, si presens esses; te hortaremur ad complacendum archiepiscopo, quantum pateretur honestas. Nunc scias nobis valde gratum fore, si archiepiscopus intelligat nostram intercessionem profuisse consanguineo suo. Datum Rome.

---

<sup>1)</sup> Die Adresszeile fehlt. Nach Koch, Umwelt 99 sei Heinrich Leubing der Adressat. Meutben, Nr. 1139 Anm. 2 hingegen sieht NvK als Empfänger des päpstlichen Schreibens, da nur er ein Anrecht auf die Propstei habe.

<sup>2)</sup> Zur Sache s.o. Nr. 3518 und unten Nr. 3660.